

Ad virum Ornatissimum

CHRISTOPHO
RVM DEMANTIVM. MV-
SICVM DILIGENTISSIMVM,
COLLEGAM ET AMICVM.

VIRGO PARENS quo MAGNIFICAT *magnalis IOVA*
Nescio quid magni Numinis Hymnus habet,
Tàm res immensas humilis vis enthea mentis
Verborum gratâ cum brevitate canit.
Fallor, an insequitur spatio post deinde relicto
Ordo Patrum, Matrum, Virgineusq; chorus,
Quorum sancta MELE, magno ceu sidera Soli,
Ut gemmis aurum, cedere spontè liquet.
Et non majorum Pietas devota probetur,
Quæ templis jussit sæpè pieq; cani?
Et non, naturâ & curâ qui Musicus audit,
Hic cerebrum, hic operam collocet, atq; oleum?
Maeste, quod hic specimen DEMANTI prodis apertum,
Quam curæ pietas, Musica, templa, tibi.
Sit sua ab hoc, alijs quamvis rarissima, nisu
Gloria: laus restat non minor inde tibi.
Cepta tibi pia tela piæ est: hanc gnaviter urge:
Confors divinæ laus tua laudis erit.
Musarum germana, DEO sata, MUSICA dulcis
Quod valet, id laudis conferat omne DEI.

JOANNES TIMÆUS P. C.
MELISSÆUS.